Si tibi non grates ea propter hypocrita, foedus
Aut agit immundae dux Epicurus Harae.
At ſtudioſus aget CHRISTI grex omnis, et ipſo
Te manet à ſummo gratia magna DEO.
Tum CHRISTO placeas, doctisq; pijsq; proberis,
Cum Sathana valeat turba ſceleſta ſuo.

Fürſtenwaldae 4. Martij, Anno re-
paratae per Chriſtum ſalutis
1610. juxta Ἡμερολογισμὸν veterem
Julianum. ||

ΠΡΟΣ ΤΟ ΒΙΒΛΙΟΝ ΑΥΤΟΥ. || pg. ~~XXVIII~~ 28

I, liber ad populos Japheti è ſanguine natos
Vandalicos, Christo collige, ſancte, gregem.
Foenore cum magno redeas, & laude THARAEI,
Gloria Vandaliae ſic eris atq; decus.
Hinc tibi fama, THARAEE feret coeloq; ſoloq;
Munera, quae nunquā ſunt moritura, Vale.

M. Simon Roſa Praepoſitus
Mittenwaldenſis.

Reverendo Viro, doctrinâ, pietate, & cae-
terarum virtutum ornamentis praecel-
lenti
Dn. ANDREAE THARAEO Eccleſiae DEI apud
Fridersdorffienſes Paſtori fideliſsimo, Domino
amico, & fratri ſuo omnium dilectiſsimo.

ANDREA non es plebeiâ ex indole, ſummi
Vandalicè referas nam ſacra juſſa DEI.
Ver tibi floret adhuc aetatis, & arte ſalubri
Est laus ſe doctis adſimilare Viris. || ||
Ergò quantumvis non vult perſolvere mundus, · × pg. ~~XXIX~~ 29
Pro meritis tantis praemia digna tibi.
Tu tamen haud ceſſa, ſed contra ardentior ito
Ingenij pandens pignora multa tui.
Ipſe opifex rerum ſolvet de culmine coeli
Sol-